nos ambos capiet. Quod cum post mortem illius fratrum esset, mox et il-
le presbiter defunctus est, cumque ad sepulcrum suum quod idem sacerdos
sibi paraverat a fratribus fuisset deportatus, atque in eodem sepulcro
cum vidisset omnes qui aderant non esse locum ubi poni corpus de-
functi potuisset, quia corpus abbatis monasterii quod illic ante po-
situm fuerat omne illud sepulcrum tenebat, tunc unus fratrum
clamavit dicens: Ubi est, sancte pater, quod dixisti, quia sepul-
crum istud nos ambos capiet? Ad cuius vocem subito viden-
tibus cunctis qui aderant abbatis corpus sese vertit in latere et
vacare locum ad corpus presbiteri prebuerat sepeliendum.

In regione *Cap. in dedicatione demon expellitur.*
que Subura dicitur fuit quedam ecclesia Arrianorum que cum cl-
ausa per aliquos annos usque ad pacem sancte ecclesie fuisset, placuit
ut christianis in honore sancti Stephani et sancte Agathe vir-
ginis dedicari debuisset. Quod et factum est, et cum missa celeb-
raretur ibidem atque pro angustia loci illius populus se vicissim premeret,
et quidam ex his qui extra sacrarium stabant porcum subito inter
suos pedes huc illucque discurrere sentirent, quem dum unusquisque
quisque sentiret et iuxta se stantibus indicaret, ipse post ianuas
ecclesie petiit et omnes per quos transiit in admirationem commovit,
sed videri a nullo potuit quamvis sentiri potuisset. Quod ideo
divina pietas ostendit, ut cunctis patesceret quod de loco
eodem inmundus habitator exiret. Peracta igitur missarum celebratione
adhuc in sequenti nocte magnus in eiusdem ecclesie tectis strepi-
tus est ac si gravido super tecta aliquis discurreret. Sequen-
tio nocte gravior sonitus excitatur ac si omnes ecclesie muri
funditus cecidissent. Qui sonitu maligni spiritus recedens, at-
que illic deinceps nulla inquietudo apparebat, sicque postero
tis sonitu innotuit quia a loco quem idem diu suis dolosis
erroribus sibi suisque diu applicaverat tunc coactus est